

1623. 27. xbris

Ex Episc. Mts Lubien, in Arch. Stan Aug. Regi

387

Stanislaus Lubienſis
Legatus de Torves. Nuntius
Apostolicus.

Novo oriente anno merito principibus, viris
eorum clientes fausta omnia comprecantur, com-
pareo et ego coram illustrissima C.V. nuncupata
rite vobis felicitatem illi omnem exoptans. Adopi-
ret divina Maiestas praeclaris illustrissimae C.V.
conatibus, augeat gratia sua, det incrementa ho-
norum, omnibusque cumulet bonis, et inprimis pro-
speram et ducturam tribuat valetudinem. Haec
sunt desideria haec comprecationes nostrae nos
vicissim qui intus tutela summo sub patrocinio
illustrissimae C.V. ut conquiescamus. Illustrissimae
C.V. gratiae meae et obsequia mea diligentissime
commendata Ex Aede Monasterii Tineensis die
vigesima septima xbris. 1623.

